Quelle: https://manuscripta.at/?ID=924
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



37

tatione admonita, nisi presumpserit suam congrua satisfactione cor-
rexerit, prius honoris sui careat dignitate, deinde se divino
iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. Et a sacratissimo cor-
pore et sanguine dei et domini redemptoris nostri ihesu xpi alienatus
fuerit, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cuiusmodi
autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri ihesu xpi
quis et hic fructus bone actionis propriatur, et apud districtum
iudicem premia eterne pacis inveniat. Denique Huiusmodi vero
eiusdem domini Urbani pape iij infine sive margine superiori
eiusdem privilegii, nec non eiusdem pape et quorundam dominorum
sancte romane ecclie cardinalium subscriptos annotate reperimus
ut infra

Ego Urbanus catholice ecclie episcopus ss

Ego petrus de bono presbiter cardinalis tituli sancte Susanne ss
Ego laborans presbiter cardinalis sancte marcelle tituli pastoris ss
Ego pandulphus presbiter cardinalis tituli xij apostolorum ss
Ego adelhardus tituli sancti marcelli presbiter cardinalis ss
Ego henricus albanensis episcopus ss
Ego paulus penestrinus episcopus ss
Ego theobaldus hostiensis vellitrensis episcopus ss
Ego jacobus diaconus cardinalis sancte marcie
Ego gratianus sancti cosme et damiani diaconus cardinalis ss
Ego rolandus sancte marie in portica diaconus cardinalis ss
Ego petrus sancti nicolai in carcere tulliani diaconus cardinalis ss
Ego rudolphus sancti georgii ad velum aureum diaconus cardinalis ss

1187 7. Kal. Junii

Dat. verone per manum alberti sancte romane ecclie presbiteri cardinalis, vij. kalendas junii indictione v. incarnationis dominice anno ab eiusdem domini millesimo centesimo lxxxvij pontificatus vero domini urbani pape iij anno ij°